



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLVIII. Redemptionale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XLVIII. REDEMPTIONALE.

Dilectissimo mihi, bene merito
illi, ille. Omnibus non habe-
tur incognitum, sed patefactum,
quod tu quotidie in bonis partibus
fideliter mihi deseruire non cessas,
& pro respectu vel seruitio tuo, &
pro fidelitate tua, quam circa partes
meas impendere non desistis, mihi
præpatuit plenissima & integra vo-
luntas, propter nomen Domini, vt
deseruitio tuo temetipsum, vel om-
ne peculiare tuum redimere debe-
res. Quod ita & fecisti: & dedisti mi-
hi pro hoc pretium, quod mihi be-
ne complacuit, tam in argento, quā
in amictō valente solidos tantos.
Propterea hanc chartulam redem-
ptionalem in te fieri, & adfirmare
rogaui, vt taliter sis ingenuus, tan-
quam si ab ingenuis parentib. fuif-
ses procreatus vel natus, cum omni-

S ij

peculiarituo, & nec mihi, nec vlli
heredum meorum nullum impen-
das seruitium, nec hominiū, nec li-
bertaticum, nec vllum obsequium,
nec patronaticum: sed eas, pergas
partem quam volueris, liberamque
& firmissimam in omnibus habeas
potestatem: & neque seruitij, nec
libertatici, aut vlius obsequij no-
mine, nec ego ipse, nec vllus de he-
redibus meis, nec quælibet oposita
persona, tibi exinde nullas calum-
nias, nec fatigations, nec repeti-
tiones agere, nec generare, nec re-
petere non debeamus. Quod qui
tentauerit, & à me vel heredibus
meis defensatum non fuerit, infera-
mus tibi vna cum socio fisco, auri
vncias tantas, & præsens redemptio-
nale omni tempore firmum perma-
neat, stipulatione subnixa. Actum
illo.